

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0234

**LOG Titel:** De lynge seu Troquilla. Cap. XLII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



## DE PICIS CONGENERE. Cap. XLI.

40 I huic avi, quam idem Excellentissimus Marchio mihi communicauit, eadem pedum dispositio, quæ *xolip* seu Pico viridi esset, ei sanè congener dici posset: at quoniam more aliarum digitos tres antē, & unum pro calce habeat, & tamen corporis habitu, & rostri maximè Picos quodammodo referat, itaq. hic, quem assignavimus, locus illi conuenire nobis videbatur. Est autem, quantum ex pictura coniugere licet, Coccothraustis magnitudine; rostro luteo, acuto, robusto, Picorum haud dissimili, vertice, ceruice, & toto dorso viridi, vropygio albo, penois alarum vestitricibus etiā viridibus, remium superioribus albis, inferioribus, & cauda cæruleis. Prona eius pars à rostri initio ad anum usque colore cinnabarinō. Pedes nigri.

50 DE IYNGE SEV TORQVILLA.  
Cap. XLII.

50 Orquillam meo iudicio *¶* Bellonius recte Picorum historiæ subiūxit. Etsi verò rostrum eius brevius sit quam Picorum: validum tamen est, & ad pertundendos arborum cortices apprimè idoneum: quinimo cum victus ratione, tūm pedum constitutione cum illis conuenit. Accidit lingua etiam cum illorum lingua similima, longa nempe, & insigni cuspide præmunita. Quibus pariter rationibus adductus hoc loco de ea agere determinauit.

AEQVI.

Kinadius  
piscis.

a Libro 4.  
Deipn.  
b In Ippoda  
mia.

**K**inædius sive lynx Kiranidæ piscis marini etiam genus est, in cuius transparente corpore spinæ apparent. Suidæ, & Varino fistula ex unico tantum calamo compacta; nec non eidem Suidæ quoddam instrumentum exiguum, quod veneficæ quos amabat, sibi conciliaturæ circumagere solent: vnde etiam proverbialiter omnia illecebrarum, & blandimentorum genera Græci passim iungunt, et si a Athenœus iungunt habeat, appellant, ut ex adducendis hic multorum autoritatibus constabit: Ad hunc scelus b Sophocles in primis, vbi de Pelopis formæ præstantia agit, ita insit:

Totid' ε' οὐ φέλειν γαταράνθρωπον  
Ἐφερος ἀσπατήν την ρυματων σ' χειν: id est:  
Iungantem lumina efflante tillitcom  
Amoris igneum tubar in oculos cubans.

c In Persis Ete Aeschylus.

Iγγατα μοι δῆ τ' ἀγατῶν πτερούνπομινέκεις

Reges miti altorum honorum lenocinantur memoriam.

d Lib. 4. H. Adiop.  
e Ad Atha  
nosium.

**H**eliодорus Emensus cōspicuit, inquit, ἔχει πρὸς τὸν αὐτὸν iungas κρύσος καὶ λίθος, id est, aurum, & gemmavim pellacæ haud subiā aqua fuscum in genis, id est etiam e alibi ἀντίτιτον ε' κέλυψισ φανταστικῷ πολλαῖς iungit γενουίν ἀγόγυμον, id est, την illam (Galathēū) ubi hic situm uarijs illecebris conciliatam. Item Suidas sed ex incerto auctore, ή δε Κλεοπάτρα φέροτας, aut auct. iungitν καρπούσισ φανταστικῷ πράτην, id est, Cleopatra rebatur se eisdem illecebris, quibus Cæsar, & Antonius, tertium quoque Augustum expugnaturam. Idem de Diogene loquens τοιαύτη, inquit, τις προσθεινειν τὸν Διογένης λογοτητην κύρος, id est, ταῦτα inerat illi cūm Diogenis Cynici verbis. Sic etiam de Helena illud vulgatum est, ὅτι ἐφελκυσικὰ ταῦτα εἴησαν ποτον iungas, hoc est, tam validas, & illas amoris iungas habens, scilicet ut cum Priamus illam agnosceret belli causā esse, irasci tamen illi ne quiuerit, inī filiæ nomine eam compellariet amanter. Eodem modo Ioannes Tzetzes λογικας iungas hoc est, verborum iungas sive illecebras vocavit, quod animos verba quantumvis duros, & infelixiles, quodam lenocinio attrahant. In quo etiam sensu f Ode 4. Ne f Pindarus eam vocem pro cupidine, & desiderio accipiens, iungit πτερομάντορ, inquit, id est, lequeſots iunge ſeu amore peccati: quod dictū in proverbiū ab ijs, in eos qui impotentia desiderio ad aliquid trahuntur. Et eleganter Lycophron iungas πυρφόρον, id est ignisōnem iungem amoris illecebras dicebat. Nicephorus Gregoras ex allorum auctoritate iungas leri. br. fuisse xida synx Citha par λιμελεῖστάτῳ id est, Citharam mirè concinnam, atque inde proverbiū figura πτερογλυκού καὶ ποθεν, id est, quidam suam ac desiderabile iungas dici. At Glossomatarius Theocriti iungia uultus natuum amatorij philtri vim inesse annorat, ac idcirco omnia ad mortem impelleantur, Maris falla. gratiola, pellacia, & ad persuadendum apposita iungas metaphoricè vocari. Significat deniq. eia lynx di. Græcis Lynx maris fallaciam, & quasi illecebra, luminam videlicet tranquillitatem, qua ad 40 ēta. nauigandum homines alliciens, in magnos, & horribiles fluctus verti solet. Hanc tranquillitatem g Lide ren. tem g Lucretius pellaciam dixit eo versu:

Subdola cūm rident placidi pellacia ponti.

## S Y N O N I M A.

a Lib. 3. H. cap. 13. **I**uxta Aristotelii, alijsq. Græcis appellatur, Latinis nomine in latum translatu Lynx. Gaza ve  
Torquilla. rō in singulis nominibus liber, atq. eo pacto se de lingua latina bene mereri existimās, nouum vobis, appositum tamen, vitam sic in bīq., vocabulum inuenit, Torquillam appellans, quoniam hæc a culis reliquis corporis partibus nihil agentibus, folam cervicem contorqueat. Eustathius pro Iuxta scribit iux absque y, & à verbo iux vel iuxa deriuat, quod est clama-  
tū. Galenus, & Suidas xeradior, Tzetzes Σεισωνυμος, & C inclida, b Albertus voce, ut solet bar  
bara Gocoz nominat. Athi Græciæ montis incolæ teste Bellonio, Alcionem, Theocriti inter-  
pres Σεισωνυμος falsè, & perperam quidam Σεισωνυμος, Motacillam, & Meropem. c Gaza ab  
e 2. H. c. 12. antiquis Turbinem dictam fuisse alibi tradit: verum ex illis neminè turbinis nomine pro ave  
vsum inuenio. Ornithologus ita forte dictam coniicit, quod corpore turbiñ simili sit: si-  
quidem cauda, inquit, cuius pars postrema in iconē à nobis posita patentior, & latior esse  
debet, Rhombi alteram partem quodammodo refert, & reliquum corpus capite dempro  
arque cauda Rhombum integrum. Hæc illa. Id verò etymum, ut pace eius dicam, parum  
admodum mihi arredit, cum potius ita appellatam crediderim, (si modò verum est, quod ita  
vocetur,) quoniam collum, ac caput circumagens turbinis imaginem p̄se fecerat: vnde etiam  
Collitor quis.

<sup>10</sup> Cælio Collitorquis, & Italis Tortocollo, seu Collotorto, Stortocollo, Capotorto, & Romæ priuatum Verticella nuncupatur, & Hispanis Torxicuello. Sed iam reliqua synonima protequamus. Neapolitani hanc autem Formiculam appellant: quare ubi apud b. Kyranidem ad superstitiosum phylacterium Formicarius & Itygos legitur Ornithologus ab interprete Formicarius pro Iyngere redditum, & verumq; in textum ascitum esse iudicat: Galli Terco, vel Turcot, Germani VVindhalsz, quod nomen Meropt perperam qu idam recentiores tribuunt. Natherhalsz, Nater V Vendel, Nater V Vang, Tracehalsz Quæ nomina omnia à colli circumvolutione detorta sunt.

Formicula.  
la.  
a Lib. I in  
phoca.

## FORMA DESCRIPTIO.

<sup>20</sup> **I**ngem Fringillæ comparat a Aristoteles, sed paulò maiorem esse testatur: quæ magnitudo huic auiculae equidem exactè conuenit: ut secunda etiam, quam addidit nota, quod scilicet corpore sit vario. Rostrum habet firmum, sed multò minus, quam Pici, ex plu mbeo & nigro permixtum. Linguae aculeus tam acutus, & validus est, ut humanam cutem; haud aliter ac acicula penetrat. Ea intra arteriæ summum subit, & supra cranium reflexæ prope nares, ut in Pico Martio, inseritur. Est autem gemina; ubi ab occipio reflecti incipiunt, & in sincipite rursus utræq; partes conueniunt. Quæ res Aristotelem minimè latuit, linguam serpentibus similem habere, eamque in longitudinem mensura quatuor digitorum porrigit, rursusque intra rostrum contrahere tradentem. Linguae musculorumque eam mouentium hæc icon est.

b L. 2. his.  
cap. 12  
Magnitudo.  
Color.  
Rostrum.  
Lingua.

Capitis vertex, ceruix, dorsum, vropygium ex cincereo nigrescant. Retro oculos macula atra est oblongiuscula, supra quam lineæ candidæ sunt exiguae, transversales quæ versus inferiores longiores semper euadunt, & supra superiores alarum partem longissimæ, & semper exiles tenuesq;. Mentum, pectus, & venter totus sublutea, subnigris maculis transversalibus insigniuntur. Remiges alarum nigræ sunt, & maculis rubris maximis conspiciuntur. Cauda longiuscula, cinerea, calamos obtinet nigros, & maculas eiusdem coloris transversales semilunares fermæ. Crura fusca sunt. Digihi pedum Picorum more utriusq; duo: cuius rei b. Aristoteles causam residens, corpus eius minus, quam cæterarum in aduersum propensius esse dicit. Digitum verò talis constitutio est, ut utrobiusq; longior alter, cum altero breuiore coniungatur. Eos grandes Aristoteles, & Monedula similis esse testatur. Mas à foemina manifestè distinguitur, quoniam is rubicundior est, illa ad cinereum magis versit. Pectus in mare etiam magis flavescit. Prior icon maris est, secunda foemina; utramque sequens pagina datur est.

ala.  
Cauda.  
Crura.  
b Lib. 4. de  
Part. ani.  
cap. 12.



## LOCVS. VOX. VICTVS.


<sup>50</sup> **T**orquilla in quavis regione ferè conspicitur circa arbores versari. Dicitur ἡπίζεν, hoc *Vox*, est, ut Gaza verit, stridere: Aelianus uero obliquam tibiam uoce sua imitari ait. Viscitur formicis. Quibus captā Ornithologus per quinque dies sese unam aliuisse in cava narrat, neq; præter eas alio cibo uesti propriæ experientia edocitus affirmat. Eas uero exercita lingua uelociissimè aculeo lingue transfixas, ut pueri renas ferreo mucrone per arcum attrito, emissioq; uenari solent, deuorat, nec unquam rostro attingit, ut cæteræ aues cibos suos solent.

*Victus.*


## NIDVS. GENERATIO.

**I**nx Picorum more in foraminibus arborum, quandoque tamen in domibus etiam, & uillis nidulatur. Enumeratur inter animantia multipara. Nam uel octo, uel nouem oua uno paru excludere dicitur.

Vlyssis Aldrouandi  
LYNX MAS.



LYNX FÆMINA.



## M O R E S.

**A** Egerrime cicuratur. Rostro ligna tundit, & strepitum, qualem Pici, edit. Si manu tenetur, caput in utramq. partem circumagit, non adeò tamen, ut rostrum ad medium dorsum omnino retrò spectet, at ulterius quam in illo alio avium genere. Ornithologus Iyngem domi suæ enutritam accedente aliquo homine haud facile fugisse, accessum veterè grè tulisse, collo in sublime erecto, & rostro sine morsu modò extenso, modò retracto instar minitantis iram declarasse resert, plumis interim, præsertim capitinis riguisse, & caudam ere Quādo ea xisse atq. dilatasce. Capitur hæc volucris hyeme, & maximè autumno, aliquando etiam Aprili & Iulio, cùm sobolem nutrit.

## H I E R O G L Y P H I C A.

**P** Er Iyngis avis imaginem propter insignem linguæ eius longitudinem, hominē, qui plus quam par est, loquax sit, nonnulli intellecerunt, vnde similiter communī paræmia verbos, garrulosq. homines ab instrumento isto linguaces vocare solemus. & Philostratus Babylone ex testudine loci, ubi rex ius dicere solebat, quatuor aureas Iynges dependisse a In' vita scribit, fatalem conditionem significantes, admonentesq. Regem, ne se supra hominem effret: eas verò dicunt Magos, cùm in regiam venissent, fieri iussisse. Vocat autem ipsas Deorum Linguas.

Hominis  
duacis ty-  
pus.  
Linguaces  
qui.  
a In' vita  
Apollonij  
Fatalis cō-  
ditionis  
typus.

## M E D I C A.

a Li. 4. de  
comp med  
cap. 7.

**G** a Alenus Antonij Musæ Trichiasim vocari ait ad pilos pungentes in palpebris enascens. Felaiculae, inquit, quæ Cinedus appellatur, & aconiti demiduum eius, mixtis viere, hoc est euulsis pilis locum illine. Aliqui etiam felle per se utuntur, ut in eodem capite legimus.

## V S V S I N C I B O.

**H** eronymus Tragus Iyngem in cibum admitti scribit. Bononiæ milies in foro venalem reperi, & avcupes omnibus in mensæ usum cedere, & carne haud ingrata esse dicunt.

## F A B U L O S A.

Iūγξ ἔλπε τοτίνον εμόν ποτι δῶματον ἀνδρα, id est,  
Per te ly nx meus ille domum vir quofo trahatur.

**C**ælius etiam ex Varino, & Pindari Scholiaste Iyngem philtoris, & excantamentis amatorijs aptam nugatur. Auiculam alis supernæ, & inferne pedibus aduocato amantis nomine ex rota agitabant, aut cum cerea rotam super ardentes prunas amburebant; aut ut alij tradunt, avis interanea rotæ circumvoluta explicabantur. Ut ut est, utrumq. fabulas sapit, c Pindarus saltem hinc Iyngem τερρενα μον vocavit, quasi quatuor tibijs vel radijs insignē: Sed & rota ipsa quatuor radijs distincta metaphoricè, ut ait Scholiastes, Iyngis nomine appellari potest. Priuatum verò ad ea philtera, pennis, ut Tzetzes notat, quæ circa caudam sunt, atq. osse eo circa pectus Lambdoide figura, specie simili myropi seu calcari equitum vfas eiusmodi veneficas assuefrant. Alij Auiculam de trocho relegasse dicunt, & carmina quædam obmurmurantes circumgyrasse, aut exenteratam trocho adnexisse. Hinc Xenophon Iynga pro beneficio accepit, vbi ait: ὅτι ταῦτα εὐαίσθητοι φιλτρων τούτων επωδῶν, καὶ ιὔγγων, id est, quod iusta non circa philtera, in gis opera canitamentia, & Iyngas accidunt. Hanc item auiculam rhombo applicatam, pedibusq. & alis crucem complicantem Iasoni Venerem dedisse referunt, ut Medæ erga parentes suos amorens simul, & pudorem auferret, atq. ita eam in auxilium suum peliceret. Alij Iyngem non solum cilitat. Venerem Iasoni dedisse, sed incantandi simul etiam artem docuisse volunt. Super hac fabula d Pythior tale carmen apud Pindarum est.

ol. 16. an  
rig. lect. c.  
25.  
c Ode. 4.  
Pythior.

Iason Iyn  
gis opera  
canitamentia,  
& Iyngas accidunt.  
Medæ a  
simul, & pudorem auferret, atq. ita eam in auxilium suum peliceret. Alij Iyngem non solum cilitat.  
Venerem Iasoni dedisse, sed incantandi simul etiam artem docuisse volunt. Super hac fabula d Pythior  
Ode. 4.

Ποντιαδ' ὁζυτατων βελεών  
 Ποικιλαν Ιὔγγα τετραχραμον  
 Ο' λυμπίδεν ε'ν ἀλυτω ζευξασακηλω,  
 Μαινόρδα ἀνιν κυπρογένεια φίβεν  
 Πρωτον ἄνθρωποισι λιτας' ε'παιδας'  
 Εδιδασκησεν σόφον Αἰσονιδαν  
 Ο' φρα Μηδειας τοκεων αφελοισ' αιδω, id est,  
 Veneranda verò Cyprogenia telorum acutorum domina  
 Picturataη Iyngem Bacchi auem ex Olympo attulit  
 Hominibus primum, ut indissolubili circulo quadriradiam  
 Iungens, carmina sapientem docuit Aesonidem,  
 Ut Medea erga parentes reverentiam, & pudorem adimeret.

e EMBL. 78. Quos verfuse Andreas Alciatus admodum offitanter sic reddidit.

Nec durus te vincat amor, nea femina mentem  
 Diripiatis Magicis artibus villa suam.  
 Bacchica avis presto ubi Motacilla paretur  
 Quam quadriramiam circuli in orbe loces.  
 Ore cracem & cauda, & geminis ut complices alis,  
 Tale amuletum carminis omnis erit.  
 Dicisur hoc Veneris signo Pegasus Iason  
 Phasacis ledi non potuisse dolis.

Verum ex ijs, quæ antè à nobis dicta sunt, & ex ipsis Pindari verbis liquidò constat, Iyngem  
 non depellere amores, ut ille transtulit, sed inducere potius fabulosè scribitur, cuius scilicet  
 auxilio Theocriti puellam, ut amantem in amorem suum pertraheret, usam quoque fuisse nu-  
 gantur.

## EMBLEM A.

**O**RNITHOLOGI in Iyngis iconem vinclam ad manum hominis tale emblema est.

Cur vinclam Iyngem picta destinet manus?  
 Aut hęc amoris, & voluptatis nota est,  
 Quę sita phaleris: forrè quod quoquis agat  
 Ante & retrorsus collo, in orbem, liberè.  
 Sic, & voluptas corda agit mortalium  
 Mirumq. torqueat in modum quoquò liber.  
 Hanc tu nisi vinclam cum ratione rexeris  
 Mensis peribit quicquid ac sensas habes.  
 Hoc fascinum putabis, atq. maximum  
 Phalerum, veneficiumq. quam miserrimum.  
 Hoc torqueat animos, turbat, & retrò mouet  
 Aut igitur omnem tu voluptatem fuge,  
 Aut si libes vti, vincla semper ait moue  
 Non cicuratur, semper est vinclis opus.

## DE IYNGE CONGENERE.

### Cap. XLIII.



Edum huius avis, quam nunc exhibemus, dispositio vel Picis Martijs, vel Iyngi  
 congenetem eam esse manifestò indicat: contrà verò rostrum paruum Iyngi po-  
 tius, quam Picis similem reddit. Nunquid verò Iyngis more cervicem nihil agé-  
 tibus alijs partibus contorqueat, necdum exploratum habeo. Magnitudo Avi,  
 quantum ex transmissa mihi icone iudicare potui, compar cum Iyngi. Color ca-  
 pitis, dorsi, alarum & totius caudæ ferrugineus maculis luteis transversalibus eleganter distin-  
 ctus. Totum pectus, & venter albicant, & lineis luteis per longitudinem exornantur. Tibiæ lu-  
 teæ, digiti Picorum more oblongi, eiusdem coloris: vngues adunci, magni, nigri.

D E